ECLOGA VI.

SILENVS.

<sup>Thalia una e Musarum</sup>  
<sup>q; propriæ rami Bucolicæ.</sup>

<sup>Aut velle p. promissis</sup>  
<sup>ditur p. admodum</sup>  
<sup>vide Encl. ch. p. ca. 9</sup>  
<sup>Adm: 40</sup>

<sup>Bucolicæ ruginis</sup>

**P**rima Syracusio dignata est ludere uersu  
<sup>Thalia</sup> Nostra nec erubuit sylvas habitare Talia.  
<sup>deliri ubi pu</sup> Cum <sup>bolle ruginis p. prole</sup> ancrem Reges, & prelia, Cynthius aurem  
<sup>ranu</sup> Buccolicum Vellit, & admonuit pastorem, Tityre <sup>o uirg. li.</sup> pingues  
<sup>cy b. 12</sup> carmen. <sup>fr. v. 12</sup> Pascere oportet oues, de ductum dicere carmen.

<sup>Cynthus Doli</sup>  
<sup>in sula mouit</sup>  
<sup>vnde a pello cythæ</sup>  
<sup>ig dicitur</sup>

Nunc ego, nanq; super tibi erunt, qui dicere laudes  
Vare tuas cupiant, & tristia condere bella,

**Extenua-** Agrestem tenui meditabor arundine Musam.  
**tio.** Non iniussa cano, si quis tamen hæc quoq; , si quis  
Captus amore leget, te nostræ Vare miryæ,  
Te nemus omne canet, nec Phæbo gratior ulla est.

**Amplifica-** Quàm sibi quæ Vari præscripsi pagina nomen.  
**tio.** Pergite Piærides, Chromis, & Mnasilus in antro

**Ἰππολύτω =** Silenum pueri somno uidere iacentem,  
**σις.** Inflatum hesternò uenas, ut semper, Iaccho.  
Serta procul tantum capiti delapsa iacebant,  
Et grauis attrita pendebat cantharus ansa.  
Adgressi, nam sepe senex spe carminis ambos

Lusea



ECLOGA SEXTA.

Luserat, inijciunt ipsis ex uinula fertis.

Addit se socium, timidisq; superuenit Ægle

Ægle: Naiadum pulcherrima, iamq; uidenti

Sanguineis frontem moris & tempora pingit.

Ille dolum ridens, quo uincula nectitis? inquit.

Soluite me pueri, satis est potuisse uideri.

Carmina quæ uultis cognoscite, carmina uobis,

Huic aliud merædis erit, simul incipit ipse.

Tum uero in numerum, Faunosq; ferasq; uideres

Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus.

Nec tantum Phœbo gaudet Parnasia rupes,

Nec tantum Rodope miratur, & Ismarus Orphea,

Quantum omnis mundus gaudet cantante Sileno.

Namq; cœbat, uti magnum per inane coacta

Semina terrarumq; animæq; marisq; fuissent,

Et liquidi simul ignis, ut his exordia primis

Omnia, ut ipse tener mundi concreuerit orbis.

Tum durare solum, & discludere Nerea ponto

Cœperit, & rarum paulatim sumere formas:

Iamq; nouum terræ stupeant lucefcere Solem,

Altius atq; cadant summotis nubibus imbres.

Inapiant syluæ cum primum surgere, cunq;

Rara per ignotos errant animalia montes.

Hinc lapides Pyrrhæ iactos, Saturnia regna,

Caucasæasq; refert uolucres, furtumq; Promethei.

His adiungit Hylam, nautæ quo fonte relictum.

Narratio.

Amplificatio  
ab exē-  
plis.

## SILENVS.

Alludit ad Clamassent, ut littus Hyla Hyla omne sonaret.  
 Ludos i ho Et fortunatam, si nunquam armenta fuissent,  
 nozem Her Pasiphaen, niuei soluatur amore iuueni.  
 culis insitu Ah uirgo infœlix, quæ te dementia cœpiti?  
 tos Ampli= Prœtides implerunt falsis mugitibus agros,  
 fiat ab ex= At non tam turpes pecudum tamen ulla secuta est  
 emplo Pa= Concubitus, quamuis collo timuisset aratrum,  
 siphæ. Et sæpe in leui quæsisset cornua fronte.  
 Exclama = Ah uirgo infœlix, tu nunc in montibus erras,  
 tio. Ille latus niueum molli sultus hiacyntho  
 Ilicæ sub nigra pallentes ruminat herbas.  
 Aut aliquã in magno sequitur grege, claudite Nymphæ  
 Dicte, Nymphæ nemorum iam claudite saltus,  
 Si qua forte ferant oculis sese obuia nostris  
 Errabunda bouis uestigia, forsitan illum  
 Aut herba captum uiridi, aut armenta secutum  
 Perducant aliquæ stabula ad Cortynia uacce.  
 Tum canit Hesperidum miratam mala puellam,  
 Tum Phaëtoniades musco circundat amaræ  
 Corticis, atq; solo proceras erigit alnos.  
 Phaethon: Tum canit errantem Permessi ad flumina Gallum  
 diades mu Aonas in montes ut duxerit una sororum,  
 tatas in al= Utq; uiro Phœbi chorus assurrexit omnis,  
 nos. Ut Linus hæc illi diuino carmine pastor,  
 Laus Galli Floribus atq; apio crines ornatus amaro  
 filiorum, Dixerit, hos tibi dant calamos (en accipe) Muse  
 Poetæ.



ECLOGA VI.

Asero quos ante seni, quibus ille solebat,  
 Cantando rigidas deducere montibus ornos.  
 His tibi Grynei nemoris dicatur origo,  
 Ne quis sit lucus, quo se plus iactet Apollo.  
 Quid loquar? aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est.  
 Candida sucinctam latrantibus inguina monstris,  
 Dulichias uexasse rates, & gurgite in alto  
 Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis,  
 Aut ut mutatos Terei narrauerit artus?  
 Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit,  
 Quo cursu deserta petiuerit, & quibus ante  
 Infœlix sua tecta superuolitauerit alis?  
 Omnia quæ Phœbo quondam meditante beatus  
 Audiit Eurotas, iussitq; ediscere lauros,  
 Ille canit, pulsæ referunt ad sidera ualles.  
 Cogere donec oues stabulis, numerumq; referre  
 Iussit, & inuito proæssit uester olympo.

ECLOGA VII. MELIBOEVS.

Corydon, Thyrsis.

**F**orte sub arguta confederat ilicæ Daphnis,  
 Cōpulerantq; greges Corydō, et Thyrsis in unū.  
 Thyrsis oues, Corydon distentas lacte capellas  
 Ambo florentes et atibus, Arcades ambo.  
 Et cantare pares & respondere parati.

B 4

His

Exēplū  
 pie nobis  
 exhibet Po  
 eta, perin  
 de ac in ter  
 tia fecit.

MELIBOEVS.

**Amplificatio à circumstantijs.** Hic mihi dum teneras defendo à frigore myrtos  
 Vir gregis ipse caper decerrauerat, atq; ego Daphnim  
 Aspicio, ille ubi me contra uidet, ocyus inquit:  
 Huc ades, ô Melibœe, caper tibi saluus, & hœdi,  
 Et si quid cessare potes, requiesce sub umbra.  
 Huc ipsi potum uenient per prata iuueni.  
 Hic uiridis tenera prætexit arundine ripas.  
 Mincius cęq; sacra resonant examina quæcunq;  
 Quid facerem? neq; ego Alapem, nec Phillida habebam,  
 Depulsos à lacte domi quæ clauderet agnos.  
 Et certamen erat, Corydon cum Thyrside magnum,  
 Posthabui tamen illorum mea serua ludo.  
 Alternis igitur contendere uersibus ambo  
 Cœpere, alternos Musæ meminisse uolebant.  
 Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrsis.  
 C. Nymphæ, noster amor, Libethrides, aut mihi carmine,  
 Quale meo Codro, concedite ( proxima Phœbi  
 Versibus ille facit ) aut si non possumus omnes,  
 Hic arguta sacra pendebit fistula pinu.  
**Amplificatio à maiori.** T. Pastores hedera crescentem ornate Poetam  
 Arcades, inuidia rumpantur ut ilia Codro.  
 At si ultra placidum laudarit, bacare frontem  
 Cingite, ne uati noceat mala lingua futuro.  
 C. Setosi caput hoc apri tibi Delia paruus  
 Et ramosa Mycon uiuacis cornua ærui  
 Si proprium hoc fuerit, leui de marmore tota.



ECLOGA SEPTIMA.

Puniceo stabis suras euincta cothurno.

T. Sinum lactis, & hæc te liba Priape quotannis  
Expectare sat est, custos es pauperis horti.

Nunc te marmoreum pro tempore fecimus, at tu  
Si foetura gregem suppleuerit, aureus esto.

C. Nerine Galathea thimo mihi dulcior hyble  
Candidior cygnis, hederæ formosior alba,  
Cum primum pasti repetent præsepia tauri,  
Si qua tui Corydonis habet te cura, uenito.

T. Imò ego Sardonijis uidear tibi amarior herbis,  
Horridior rusco, proiecta uilior alga,  
Si mihi non hac lux toto iam longior anno est.

Ite domum pasti, si quis pudor, ite iuuenti.

C. Muscosi fontes, & somno mollior herba,  
Et quæ uos rara uiridis tegit arbutus umbra,  
Solstitium pecori defendite, iam uenit æstas  
Torrida, iam læto turgent in palmitæ gemmæ.

T. Hic focus & tædæ pingues, hic plurimus ignis  
Semper & assidua postes fuligine nigri.

Hic tantum Boreæ curamus frigora, quantum  
Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.

C. Stant & iuniperi, & castaneæ hirsutæ,  
Strata iacent passim sua quæq; sub arbore poma.

Omnia nunc rident, at si formosus Alexis  
Montibus his abeat, uideas & flumina sicca.

T. Aret ager, uitio moriens sitit aëris herba,

Amplificatio à simili.

Amores.

Precatio à tempestate.

MELIBŒVS.

Collatio ar  
borum.

Liber Pampineas inuidit collibus umbras.  
Phyllidis aduentu nostræ, nemus omne uirebit.  
Iuppiter & læto descendet plurimus hymbri.  
Populus Aladæ gratissima, uitis Iaccho,  
Formosæ myrtus Veneri, sua laurea Phœbo.  
Phyllis amat corylos, illas dum Phyllis amabit,  
Nec myrtus uinæt corylos, nec laurea Phœbi.  
T. Fraxinus in syluis pulcherrima, pinus in hortis.  
Populus in fluuijs, abies in montibus altis.  
Sæpius at si me Lyada, formosæ, reuisas,  
Fraxinus in syluis ædet tibi, pinus in hortis.  
M. Hec memini, & uictū frustra contendere Thyrsim.  
Ex illo Corydon Corydon est tempore nobis.

ECLOGA VIII. PHARMACEVTRIA.

Damon, Alpheſibœus.

Propositio  
ἐπιβολή. **P**astorum Musam Damonis & Alpheſibœi  
Immemor herbarum quos est mirata iuuenca  
Certanteis, quorum stupefactæ carmine lynæ,  
Et mutata suos requierunt flumina cursus,  
Damonis Musam dicemus, & Alpheſibœi.  
Tu mihi, seu magni superas iam saxa Timauri,  
Siue oram Illirici legis æquoris, en erit unquam  
Ille dies, mihi cum liceat tua dicere factas?



ECLOGA VIII.

En erit: ut licet totum mihi ferre per orbem  
 Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno?  
 A te principium, tibi desinet, accipe iussis  
 Carminâ cœpta tuis, atq; hanc sine tempore circum  
 Inter uictricis hederam tibi serpera lauros.  
 Frigida uix cœlo noctis decesserat umbra,  
 Cum ros in tenera pecori gratissimus herba est,  
 Inambens tereti Camon sic cœpit oliuæ.  
 D. Nascere, præq; diem ueniens age Lucifer alnum  
 Coniugis indigno Nise deceptus amore.  
 Dum queror, & Diuos, quanquam nil testibus illis  
 Profeci, extrema moriens tamen alloquor hora.  
 Incipe Mœnalias mecum mea tibia uersus.  
 Mœnalias argutumq; nemus, pinosq; loquentes  
 Semper habet, semper pastorum ille audit amores,  
 Panaq; qui primus calamos non passus inertes.  
 Incipe Mœnalias mecum mea tibia uersus.  
 Mopso Nisa datur, quid non speremus amantes?  
 Iungentur iam gryphes equis, æuoq; sequenti  
 Cum canibus timidi uenient ad pocula Damae.  
 Mopse, nouas incide faces, tibi ducitur uxor.  
 Sparge, marite, nuces, tibi deserit Hesperus Octan.  
 Incipe Mœnalias mecum mea tibia uersus.  
 O digno coniuncta uiro, dum despicias omneis,  
 Dumq; tibi est odio mea fistula, dumq; capelle  
 Hirsutumq; supercilium, proluxaq; barba.

Fingit Da-  
 monem ma-  
 ne primum  
 lamentari,  
 & querelâ  
 ordiri car-  
 mine, ut q  
 per totâ no-  
 ctē cruâ-  
 rit se recor-  
 datiõe cala-  
 mitatis, ac  
 tandem in  
 has erum=  
 pat lamen-  
 tationes.

Nec

PHARMACEVTRIA.

Nec curare Deum credis mortalia quenquam.

Incipe Mænalios mecum mea tibia uersus.

Sepibus in nostris paruam te roscida mala

**A ueteri cō** (Dux ego uester eram) uidi cum matre legentem.

**Suetudine.** Alter ab undecimo tum me iam cœperat annus,  
Iam fragiles poteram à terra contingere ramos,  
Ut uidi, ut perij, ut me malus abstulit error.

Incipe Mænalios mecum mea tibia uersus.

Nunc scio quid sit amor, duris in cotibus illum  
Ismarus, aut Rodope, aut extremi Garamantes.  
Nec nostri gereris puerum, nec sanguinis edunt.

**Exclama-** Incipe Mænalios mecum mea tibia uersus.

**tio gnomi-** Sæuus amor docuit: natorum sanguine matrem  
**ca.** Commaulare manus, crudelis tu quoq; mater,  
Crudelis mater magis, an puer improbus ille?

**Dubitatio.** Improbus ille puer, crudelis tu quoq; mater.  
Inape Mænalios mecum mea tibia uersus.

**Conclusio.** Nunc & oues ultro fugiat lupo, aurea dura  
Mala ferant quercus, Narcisso floreat aluus,  
Pinguia corticibus sudent electra myricæ,

**Optat om-** Certent & cygnis ulule, sit Tityrus Orpheus,  
**nium rerū** Orpheus in syluis, inter Delphinas Arion.

**naturas** Inape Mænalios mecum mea tibia uersus.

**mutari, po** Omnia uel medium fiant mare, uiuite syluæ.

**stea q̄ res** Præceps aërii specula de montis in undas  
**tam aliena** Deferat, extremum hoc munus morientis habeto.  
**acãdit.**

Desine



ECLOGA VIII.

Desine Menalios, iam desine tibia uersus.

Hæc Damon, uos quæ responderit Alpheſibœus

Diâte Piërides, non omnia poſſumus omnes.

A. Effer aquam & molli ange hæc altaria uita,

Verbenasq; adole pingues, & maſcula thura.

Coniugis ut magicis ſanos auertere ſacris

Experiar ſenſus, nihil hic niſi carmina deſunt,

Duâte ab urbe domum mea carmina, ducite Daphni.

Carmina uel cœlo poſſunt deducere Lunam.

Carminibus Ciræ ſocios mutauit Vlyſi,

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Duâte ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnim.

Terna tibi hæc primum tripliã diuerſa colore

Licia arcundo, terq; hæc altaria circum

Effigiam duco, numero Deus impare gaudet.

Ducite ab urbe domum mea carmina, duâte Daphnim.

Neſte tribus nodis ternos, Amarylli, colores,

Neſte, Amarylli, nodos, & Veneris dic uinacula neſto.

Duâte ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnim.

Limus ut hic dureſat, & hæc ut cœra liqueſcit,

Vno eodemq; igni, ſic noſtro Daphnis amore.

Sparge molam, & fragileis incende bitumine lauros,

Daphnis me malus urit, ego hanc in Daphnide laurũ.

Ducite ab urbe domũ mea carmina, ducite Daphnim.

Talis amor Daphnim: qualis cum feſſa iuuenam

Per nemora, atq; altos quærendo bucula lucos

Oës hoſtiæ  
ſolebãt uit  
ta aram  
dari.

Hic altare  
tranſfertur  
aduictimas

Versus in=  
tercalaris.

Precatio.

Propter

PHARMACEVTRIA.

Propter aquæ riuum uiridi proambit in ulna  
 Perdita, nec seræ meminit decedere nocti,  
 Talis amor teneat, nec sit mihi cura mederi.  
 Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnim.  
 Has olim exuuias mihi perfidus ille reliquit  
 Pignora chara sui, quæ nunc ego limine in ipso  
 Terra tibi mando, debent hæc pignora Daphnim.  
 Duâte ab urbe domum mea carmina, duâte Daphnim.  
 Has herbas, atq; hæc ponto mihi lecta uenena,  
 Ipse dedit Mœris, nascantur plurima Ponto.  
 His ego sæpe lupum fieri, & se condere syluis  
 Mœrim, sæpe animas imis exire sepulchris,  
 Atq; satas aliò uidi traducere messes.  
 Ducite ab urbe domum mea carmina, duâte Daphnim.  
 Fer cyneres, Amarylli, foras, riuoq; fluenti  
 Indignatio Transq; caput iacæ, ne respexeris, his ego Daphnim  
 Aggrediar, nihil ille Deos, nil carmina curat.  
 Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnim.  
 Aspice, corripuit tremulis altaria flammis  
 Sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse bonum sit.  
 Euentus. Nescio quid certe est, & Hylax in limine latrat.  
 Credimus, an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?  
 Parcite, ab urbe uenit, iam parcite carmina Daphnis.

ECLOGA IX.

MOERIS.

Lycio



ECLOGA IX.

Lycidas. Mœris.

**Q**uo te, Mœri, pedes? an quo uia duat in urbem? Ocasio fin  
 M. O Lycida uiui peruenimus, aduena nostri. gitor. Is ca  
 Quod nunquam ueriti sumus, ut possessor agelli nim q præ  
 Diceret, hæc mea sunt, uetres migrate coloni. dijs Virgi  
 Nunc uicti tristes quoniam sors omnia uersat. lij præerat  
 Hos illi (quod nec bene uertat) mittimus hædos. Arrio, in  
 L. Certè equidem audieram, qua se subducere colles urbē illam  
 Incipiunt, molliq; iugum demittere cliuo, tuā munus  
 Vsq; ad aquam, & ueteris iam fracta cacumina fagi affert.  
 Omnia carminibus uestrum seruasse Menalcam. Admiratio  
 M. Audieras & fama fuit, sed carmina tantum  
 Nostra ualent Lycida tela inter Martia, quantum Nō esse lo  
 Chaonias dicunt aquila ueniente columbas. cū honesta  
 Quod nisi me quacunq; nouas incidere lites ti apd Mæ  
 Ante sinistra caua mouisset ab ilice cornix, uortios.  
 Nec tuus hic Mœris, nec uiueret ipse Menalcas.  
 L. Heu cadit in quenquam tantū scelus? heu tua nobis  
 Penè simul tecum solatia rapta Menalca.  
 Quis caneret Nymphas? quis humū florentibus herbis Admiratio  
 Spargeret? aut uiridi fontes induceret umbras?  
 Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper  
 Cum te ad delicias ferres, Amaryllida, nostras.  
 Tityre, dum redeo (breuis est uia) pasæ capellas.  
 Et potum pastas age Tityre, & inter agendum  
 Occursare capro (cornu ferit ille) cauto.

Quia Mœ M. Imò hæc quæ Varo nec dum perfecta canebat.  
ris hñ pre- Vare tuum nomen (Superet modo Mantua nobis,  
catus fuerat Mantua uæ misera nimum uicina Cremonæ)

Virgilio, Cantantes sublime ferent ad sydera cygni.

uiaßim Ly L. Sic tua Cyncas, fugiant examina texos,  
ada hñ pre Sic cythiso pastæ distentent ubera uaccæ.

catur Mœ= Incipe si quid habes, & me fecere Poët am

ri & pro Piërides, sunt & mihi carmina, me quoq; dicunt

uocat ad re Vatem pastores, sed non ego credulus illis,

citandum Nam neq; adhuc Varo uideor, nec dicere Cinna

carmē ali- Digna, sed argutos interstrepere anser olores.

quod. M. Id quidē ago, & tacitus Lycida mecū ipse uoluo.

Si ualeam meminisse, neq; est ignobile carmen.

Huc ades, ô Galatea, quis est nam ludus in undis?

Hic uer purpureum, uarios hic flumina circum

Fundit humus flores, hinc candida populus antro

Imminet, & lentæ texunt umbracula uites.

Huc ades: insani feriant sine littora fluctus.

Aliud canti L. Quid? quæ te pura solum sub nocte canentem.

cū de Iulio Audieram? numeros memini, si uerba tenerem.

Cæsare. M. Dapni, quid antiquos signorum suspicis ortus?

Ecce Dionei processit Cæsaris astrum.

Astrum: quo segetes gauderent frugibus, & quo

Duceret apricis in collibus una colorem,

Tempus. Insere, Daphni, pyros, carpent tua poma nepotes,

Omnia fert ætas, animum quoq; sæpe ego longos



ECLOGA X.

Cantando puerum memini me condere soles.

Iocus.

Nunc oblita mihi tot carmina, uox quoq; Moerim

Iam fugit ipsa, lupi Moerim uidere priores.

Sed tamen ista satis refert tibi sæpe Menalcas.

L. Causando nostros in longum ducis amores,

Et nunc omne tibi stratam silet æquor, & omnes

Interrūpit.

(Aspice) uentosi æciderunt murmuris aure.

Hinc adeo media est nobis uia, nanq; sepulchrum

Incipit apparere Bianoris, hic ubi densas

Agricolæ stringunt frondes, hic Mœri canamus.

Hic hœdos depone, tamen ueniemus in urbem.

Aut si nox pluuiam ne colligat ante ueremur,

Cantantes licet usq; (minus uia lædet) eamus.

Cantantes ut eamus, ego hoc te fœcæ leuabo.

M. Desine plura puer, & quod nunc instat agamus.

Carmina tum melius, cum uenerit ipse, canemus.

ECLOGA X.

Gallus.

**E**Xtremū hunc, Arethusa, mihi concede laborē. Inuocatio.

Pauca meo Gallo, sed quæ legat ipsa Lycoris

Carmina sunt dicēda, neget quis carmina Gallo?

Sic tibi cum fluctus subier labere Sicanos,

Doris amara suam non intermiscet undam.

C

Incipit

GALLVS.

**Propositio** Incipe: sollicitos Galli dicamus amores,  
**Gallus Asi** Dum tenera attundent simæ uirgulta capellæ.  
**nij Pollio=** Non animus surdis, respondent omnia syluæ.  
**nis filius,** Quæ nemora, aut qui uos saltus habuere puellæ  
**Poeta fuit.** Naiades, indigno cum Gallus amore periret?  
**Hūc incre=** Nam neq; Parnasi uobis iuga, nam neq; Pindi  
**pat Poeta** Vlla moram fecere, neq; Aoniæ Aganippæ.  
**hic, q̄ se** illum etiam lauri, etiam fleuere myricæ.  
**nimum di=** Pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem  
**scrutiet, q̄** Mænalius & gelidi fleuerunt saxa Lycei.  
**à se sit alie** Stant & oues circum, nostri nec pœnitent illas,  
**nata puel=** Nec te pœniteat pecoris, diuine Poeta.  
**la. Est au=** Et formosus oues ad flumina paut Adonis.  
**tem ciuili** Venit & Vpilio, tardi uenere subulci.  
**inrepatio** Vuidus hyberna uenit de glande Menalcas.  
**Adonis for** Omnes unde amor iste rogant, tibi uenit Apollo,  
**mosis iuue** Galle quid insanis? inquit, tua cura Lycoris  
**nis, quæ a=** Perq; niues alium, perq; horrida castra sequuta est,  
**mauit Ve=** Venit & agresti capitis Sylvanus honore,  
**nus.** Florentes ferulas, & grandia lilia quassans.  
**Amplificæ** Pan Deus Arcadiæ uenit, quem uidimus ipsi  
**tio.** Sanguineis ebuli bacas, minioq; rubentem.  
 Et quis erit modus inquit? amor non talia curat.  
 Nec lachrymis crudelis amor, nec gramina riuis,  
 Nec cythiso saturantur apes, nec fronde capellæ.  
 Tristis at ille, tamen cantabitis Arcades, inquit.



ECLOGA X.

Montibus hæc uestris soli cantare periti  
 Arades, ô mihi tum quàm molliter ossa quiescant,  
 Vestra meos olim si fistula dicat amores,  
 Atq; utinam ex uobis unus, uestriq; fuisset,  
 Aut custos gregis, aut maturæ uinitor uuæ.  
 Certe siue mihi Phillis, siue esset Amyntas,  
 Seu quicunq; furor (quid tum, si fuscus Amyntas?  
 Et nigræ uiolæ sunt, & uaccinia nigra leguntur)  
 Mecum inter salices lenta sub uite iaceret:  
 Serta mihi Phillis legeret, cantaret Amyntas.  
 Hic gelidi fontes, hic mollia prata Lycori,  
 Hic nemus, hic ipso tecum consumeret æuo.  
 Nunc insanus amor, duri me Martis in armis  
 Tela inter media, atq; aduersos detinet hostes.  
 Tu procul à patria, nec sit mihi credere tantum  
 Alpinas ab dura niues, & frigora Rheni  
 Me sine sola uides: ah te ne frigora ledant:  
 Ah tibi ne teneras glaciæ scæet aspera plantas.  
 Ibo, & Chalcidico, quæ sunt mihi condita uersu  
 Carmina, pastoris Sicali modulabor auena.  
 Certum est insyluis, inter spelæa ferarum  
 Malle pati: tenerisq; meos incidere amores  
 Arboribus, crescent, illæ crescentis amores.  
 Interea mystis lustrabo Mæna!a Nymphis:  
 Aut acres uenabor apros: non me ulla uetabunt  
 Frigora, Parthenios canibus circumdare saltus.

Fingit Gal  
 lum respon  
 dentem: ut  
 magis ob  
 oculos po  
 nat homi  
 nis insani  
 am.

Disceptat  
 quorsum se  
 conferat, a  
 morem cui  
 taturus.

GALLVS.

Iam mihi per rupes uideor lucosq; sonantes  
Ire, libet Partho torquere Cydonia cornu  
Spiula, tanquam hæc sit nostri medicina furoris:

*Mutat superius consilium.* Aut Deus ille malis hominum mitescere dicat.  
Iam neq; Hamadryades rursus, nec carmina nobis  
Ipsa placant: ipsæ rursus concedite syluæ.

Non illum nostri possunt mutare labores.  
Nec, si frigoribus medijs, Hebrumq; bibamus,  
Scythonasq; niues hyemis subeamus aquosæ:

*ἐπιφώνημα* Nec, si cum moriens alta libraret in ulmo,  
Æthiopum uersemus oues sub sydere Cancri.

*Epilogus.* OMNIA VINCIT Amor, & nos cædamus amori.

Hæc sat erit Diuæ, uestrum cænisse Poetam,  
Dum sedet, & gracili fissellam textit hibisco  
Pierides: uos hæc facietis maxima Gallo:

Gallo: cuius amor tantum mihi crescat in horas:

Quantum Vere nouo uiridis se subijcit alnus.

Surgamus: solet esset grauis cantantibus umbra.

Iuniperi grauis umbra: nocent & frugibus umbrae.

*Periodus Bucolicæ.* Ite domum saturæ, uenit Hesperus, ite capelle.

FINIS.



P. VERG. M. EPIGRAMMATA

MA:

DE LITERA PYTHAGORÆ Y.

**L**itera Pythagoræ discrimine secta bicorni,  
Humanae uitæ speciem præferre uidetur.

Nam uia uirtutis dextrum petit ardua callem,  
Difficilemque aditum primum spectantibus offert,  
Sed requiem præbet fessis in uertice summo.

Molle ostentat iter uia lata, sed ultima meta  
Præcipitat captos, uoluitque per ardua saxa.

Quisquis enim duros casus uirtutis amore  
Vicerit, ille sibi laudemque deusque parabit.

At qui desidiam luxumque sequetur inertem,  
Dum fugit oppositos incauta mente labores,  
Turpis inopsque simul miserabile transiget æuum.

DE LVDO.

**S**perne lucrum, uexat mentes uesana libido.

Fraude carete graues, ignorantes credite doctis,

Lasuri nummos, animos quoque ponere debent.

Irasci nimium uictos placet, optime frater.

Ludite seari, quibus est æs semper in arca.

Si quis habet nummos ueniens, exhibit inanis.

Lasuri cupido semper grauis exitus instat,

C 3

Sanctia

Sancta probis pax est, irasci desine uictus.  
Nullus ubiq; potest fœlici ludere dextra,  
Initio, furijs ego sum tribus addita quarta.  
Plecte truces animos, ut uerè ludere possis.  
Ponite mature bellum preccor, iraq; cesset.

VIR BONVS.

**V**ir bonus & sapiens qualem uix reperit ullum  
Milibus è auctis hominum consultus Appollo,  
Iudex ipse sui totum se explorat ad unguem.  
Quid proceres, uaniq; leuis quid opinio uulgi,  
Securus, mundi instar habens teres atq; rotundus,  
Extremæ ne quid labis per leuia fidat.  
Ille diem, quàm longus erit sub sydere Cancri,  
Quantaq; nox tropico se porrigit in Capricorno,  
Cogitat, & iusto trutinæ se examine pensat,  
Nequid hiet, ne quis proturbet angulus, æquis  
Partibus ut coëat, nil ut deliret amussis.  
Sit solidum quodamq; subest, nec inania subtus  
Iudicet admotis digitis, pellentibus ictus.  
Non prius in dulcè declinat lumina somnum,  
Omnia quàm longi reputauerit acta diei.  
Quo prætergressus, quid gestum in tempore, quid non.  
Cur isti facto decus affuit, aut ratio illi.  
Quid mihi præteritum, cur hæc sententia sedit.



Quam melius mutare fuit, miseratus egentem  
Cur aliquem fracta perpensi mente dolorem.  
Quid uolui, quid nolle bonum foret, utile honesto  
Cur malus antetuli, num dicto, aut deniq; uultu  
Perstrictus quisquam, cur me natura magis, quam  
Disciplina trahit, sic dicta & facta per omnia  
Ingrediens, ortu & uespere aucta reuoluens,  
Offensus prauis, dat palmam & præmia rectis.

FINIS.

Norimbergæ apud Ioan. Petreium.

